

## Addit. ad Covarruvias

Tondut, ubi supr. sed Pontifex fructus retinere feudatario permitit, & laesionem enormem ad restitutionem co-  
cordam necessariò requirit; ibi: Si prædictum mona-  
strium, & hoc inveneris enorme dispendium incurrisse.  
Igitur in illius textus specie nullus fuit solemnitatis defe-  
ctus, nec ibi apparet, laicum bonam fidem habuisse, pro-  
pter quam fructus sibi acquirere posset.

Ad Num. 10.

48 Hæc interpretatio magis convenit dicto textui, nec dicendum est cum Guttier. practicar. quæst. lib. 4. cap. 69. num. 11. & alii, restitutionem ex gratia fuisse concessam: nam est communis sententia, quod Ecclesiæ ob enormissimam laesionem competit etiam post quadriennium restitu-  
tio, Greg. Lop. in l. 8. tit. 19. p. 6. gloss. 5. Bern. Diaz in reg. 653. vers. Octavo, & vers. Decimo, Matienz. in dialog. relat. 3. part. cap. 20. Costa in l. Gallus. §. & quid si tantum, n. 8. ff. de lib. & post. Flamin. de resig. lib. 3. q. 7. n. 84. Gratian. dis-  
cept. cap. 148. n. 19. Mynfinger. cent. 1. observat. 51. n. 7. Oddus de restit. part. 1. quæst. 19. art. 7. n. 37. & 66. ubi dicit  
hanc esse communem omnium opinionem Garcia de no-  
bilitat. gloss. 6. §. 1. n. 49. vers. Intra has sex, Cancer. variar. lib. 2. cap. 1. n. 220. vers. Illud. Nec dubitari potest, quin Monasterium fuerit enormissime lasum, cum primo anno feudatarius integrum sumnam, quam pro eo solvetat, re-  
cuperaset, ex quo sit manifestum Ecclesiæ eo casu ex  
justitia restitutionem obtinuisse. Nec obstat argumentum  
de retentione fructuum, admissa communis sententia,  
quæ habet eos venire in restitutione justitiae; quoniam,  
ut dictum est supra ad num. 3, illos lucratui vassallus in  
compensationem praestiti obsequii Monasterio. Ad hæc,  
si ex gratia restitutio concederetur, ne jus commune in-  
duceret, id exprimeret Pontifex, prout expressum est in  
cap. ex literis 4. eod. tit.

52 Aliter etiam sustineri potest, restitutionem illam fuisse  
ex justitia, communi præmissa opinione, quæ docet,  
vivente Prælato qui alienavit, quadriennium Ecclesiæ non  
labi; quam probant Roman. sing. 267. Hermos. in 44. tit.  
5. p. 5. gloss. 12. num. 19. Bernard. Diaz reg. 653. vers.  
Tertio fallit, Caldas in l. si curatorem, verb. Intra legiti-  
mum, num. 5. C. de in integ. restit. Trentacing. var. lib. 2.  
tit. de in integ. rest. resol. 4. n. 5. Balboa in relect ad cap. 1.  
num. 32. de præscriptionib. Ricci. in prax. for. Ecclesiast. tit. de alienat. rev. Eccles. decis. 32. Rebuff. in tract. de  
alienat. rev. Eccles. num. 8. Rodoan. eod tract. 9. 79. cap.  
3. Malcard. de probat. conclus. 225. num. 12. Lara de vit.  
homin. cap. 25. num. 85. pro quibus facit cap. si Sacerdotes  
10. 16. q. 3. Potuit enim quadriennium, & aliud tempus  
multum transire à die alienationis, & non præterire qua-  
triennium à morte ejus Prælati, qui feudum concesserat;  
quo casu, di rigore juris, & absque aliqua beni-  
gnitate, Ecclesia debebat restitu: cui intellectu non obe-  
rit, Pontificem requirere enormem laesionem; quoniam  
multi sentient restitutionem Ecclesiæ, vel minori non  
competere, adhuc intra quadriennium, nisi enormiter  
laesi probentur, de quo statim.

Ad Num. 11.

54 Circa dubium præfens triplex reperitur sententia. Pri-  
ma docet, probandam esse laesionem ultra dimidiad, vel  
saltem in dimidia justi pretii, ut restitutionis auxilium  
impertiat: Oddus supr. part. 1. q. 4. art. 12. n. 105. vers. In  
contrarium, Paz in prax. tom. 1. vers. 8. num. 119. & alii.  
Secunda, modicam laesionem sufficere, Cevall. tom. 1. q.  
63. 8. Donell. lib. 21. commentar. cap. 9. col. penult. Pinell.  
in l. 2. part. 1. cap. 1. num. 26. C. de rescind. vend. & hæc  
est magis communis. Tertia arbitrio Judicis relinquunt;  
quanta laesio sufficiat, ut propter eam restitutio conceda-  
tur: quas refert, ac juribus, & Authoribus exornat Her-  
mos, ubi proxime, ex num. 34. Barbos. in collectan. ad cap.  
1. num. 14. de in integ. restit.

Ver. Ego sanè diffidem.

55 Sequuntur D. Covarr., asserentes Judicis arbitrio defi-  
niendum, quæ laesio sufficiat ad restitutionem conceden-  
dam, Guttier. d. lib. 4. cap. 69. num. 14. Menoch. de arbitr. cap.

74. Oddus 1. part. quæst. 4. art. 5. num. 106. Morl. in em-  
por. jur. tit. de in integr. rest. num. 13. Trentacing. d. lib.  
2. var. tit. de minor. resol. 2. num. 40. Cancer. d. cap. 1. n.  
253. vers. Quaro, & 255. Lar. ubi proxime, cap. 1. n. 18.  
Oportet autem, Judices non esse faciles in minoribus,  
aliisque privilegiatis personis restituendis, ne in ipsorum  
damnum favor retrorqueatur; nemo enim ad contrahen-  
dandum cum ipsis accederet audebit: quod admonent Con-  
sulti in l. & si sine 8. §. 1. quod si minor 25. §. non semper,  
ff. de minor. Sed & Ulpianus in l. si ex causa 10. cod. ubi  
publicè res minoris distracta est, grave damnum ejusdem  
requirit, ut ei per restitutionem succurratur. Quod au-  
tem grave damnum sit, Judex prudens aestimabit.

Ui doctrina sub hoc versiculo tradita magis enucleetur,  
distinctius loquendum est. Aut enim laesio contingit in  
re minima; & est restitutio deneganda, ut tradunt Co-  
var. hic, Cyriac. tom. 2. controversial. 303. num. 62. & com-  
muniter DD. Aut damnum in se grave est, & laesio indi-  
stinctè debet restitu: ditt. l. si ex causa, ditt. l. penult.  
Quod si laesio per se nec sit minima, nec gravis; sed ta-  
lis, ut dubium sit, an ex illa sit minor restituendus? tunc  
inspicienda est quantitas totius contractus; nam si fuerit  
maxima, ob modicum detrimentum rescindendum non  
erit; quod si ita ampla non sit, sufficiet mediocri jactura  
ad restitutionem: (ver. gr.) si in negotio mille aureo-  
rum minor in decem damnificatus reperiatur, non ope-  
ret propter hujusmodi laesione actum irritari, eis mini-  
ma non sit; l. scio 4. ff. de in integrum restit. quoniam  
comparatione ad mille, decem satis exigua summa est:  
sed si in contractu quinquaginta hæc eadem deceptio con-  
tingat, restitutio locus erit, cum decem aurei neque  
per se, neque respectu quantitatis contractus, quid mi-  
nimum sit; atque ideo quantitas eadem aliquando proste-  
det laesio ad restitutionem, aliquando non; & hæc videtur  
apta interpretatio ad ditt. l. scio Cujus ratio manifesta est,  
nam ad decem laesio in contractu mille, satis modica est.  
55 Quæ etiam majoribus, ac vigilansissimis hominibus sa-  
pissimè evenit, accipientibus paulo minus, aut præstan-  
tibus paulo plus, quam res valet: l. si voluntate 8. C. de  
rescind. vendit. Cum autem minor se gerit tanquam pru-  
dentem patrem familias, & si damnum sentiat, restitu-  
tione non adjuvatur, l. verum 12. §. sciendum, & sequenti,  
ff. de minor. Odd. supr. ditt. quæst. 4. art. 2. num. 26. Can-  
ceri. lib. 2. variar. cap. 1. num. 112. Hermosill. ditt. gloss.  
12. num. 25. ubi alii, Alciat. de præf. regul. 1. præf. 4. n.  
6. Cujac. lib. 16. observat. cap. 14. Mathef. singul. 58.  
Morl. part. 1. tit. 10. quæst. 4. num. 8. Ant. Gom. in l. 50.  
Taur. num. 14. Valac. conf. 138. num. 26. Petr. Barbos. l. 1.  
part. 4. num. 128. ff. solut. matrimon. Menoch. conf. 714.  
num. 7. Unde & quum non est, ut in negotio amplissimæ  
quantitatibus restitutio ob leve detrimentum concedatur,  
quod comparatione illius satis tenue est: At non sic fa-  
cile homines industria, ac solertia prædicti falluntur,  
præstanto multo plus, aut multo minus accipiendo,  
quam par est; ut contingit, cum in contractu quinquaginta  
laesio in decem intervenit, quare damnum hoc  
tributur lubrico ætatis consilio, cui per beneficium re-  
stitutionis subveniendum est. Quæ ratio ad d. l. scio, ac-  
commmodari potest.

Vers. Secundò, ex his etiam.

Communis opinio habet, ad restitutionem post qua-  
triennium concedendam Ecclesiæ laesioem ultra dimidiad,  
seu enormissimam requiri; textus in ditt. cap. ad  
nostram, Costa in ditt. §. & quid si tantum, part. 2. à n. 80.  
Oddus part. 1. quæst. 19. artic. 7. num. 5. vers. In contra-  
rium, Garcia de expens. cap. 18. num. 36. Caldas supra verb.  
Intra legitimum, num. 9. Giurba decis. 106. num. 12. Tusch.  
lit. R. conclus. 198. num. 75. Cassal. decis. unica. num. 5. de  
empt. & vendit. Burat. decis. 414. num. 10. & decis. 452.  
in fine, & plures, quos congerit Hermos, ditt. gloss. 12. 64  
num. 15. At Menoch. & alii quos refert, lib. 2. de arbit-  
r. cas. 74. in fine cum D. Covarr. tenent, esse in Judicis  
arbitrio, quæ sit enormis laesio, ob quam Ecclesia debeat  
jus capitii.

post quadriennium restitu: sequuntur Escobar de ratiocin.  
comp. 6. num. 10. & Guttier. ditt. quæst. 69. num. 14.

Vers. Tertio hinc deducitur.

65 Negant multi communiter, eo, quod auxilium extraor-  
dinarium sit, laesio posse competere restitutionem in inte-  
grum, ubi adeo remedium ordinarium; l. 2. C. de rescind.  
vend. per textum in l. in causa 17. ff. de minor. Morla supr.  
tit. de restitut. in integr. quæst. 7. num. 22. Lara cap. 25. num.  
98. Menoch. conf. 401. num. 220. Guid. Pap. sing. 351. Anton.  
Gabr. commun. lib. 3. tit. de empt. conclus. 1. num. 11. Redoan.  
de reb. Eccles. non alien. quæst. de restitut. in integrum, in prin-  
cip. num. 1. & alii. Sed contrarium cum D. Covarr. affir-  
mant Oddus ubi supra, quæst. 17. num. 111. eadem ratione tra-  
dita, Bald. in l. 1. C. si advers. Fisc. Abbas in cap. cum di-  
lecti, num. 4. & 5. de empt. & vendit. Pinell. in l. 2. part. 3.  
cap. 3. num. 2. C. de resto vend. Hermos. ubi proxime, num. 39.  
vers. contrarium, ubi alii: Gamma decis. 212. Anton. Fabr.  
in Codic. libr. 2. tit. 9. de in integr. restitut. definit. 3. Caldas  
supra. verb. Implorandum in integrum, num. 13. 14. Fontanell.  
de part. nupt. claus. 4. gloss. 18. part. 1. à num. 100. Franch.  
decis. 248. & est communior.

66 Sed ratione, cui D. Covarr. & sequaces nituntur, scili-  
cat pinguis esse auxilium restitutio, remedio ditt.  
l. 2. quare licet extraordinarium illud sit, per hoc ordina-  
rium non excluditur, Pinell. ubi proxime. Zasi. lib. 1. res-  
ponsor. cap. 20. num. 20. Mauric. de restit. in integr. cap. 11.  
num. 7. Odd. supra, part. 1. quæst. 17. num. 33. Morla ditt.  
part. 1. tit. 5. quæst. 3. num. 12. Menoch. conf. 5. num. 20.  
a quo limitant regulam ditt. l. in causa.

67 Obstat, non videri inter hæc remedia aliud esse dis-  
crimen, nam sicut emptori datur electio ad rem restitu-  
endum, vel supplendum premium ex ditt. l. 2. Ita etiam cum  
minor ultra dimidiad, vel inita laesio eadem electio  
emptori competit, nec post res præcisæ avocari, ut te-  
statur pluribus relatis Hermos. in l. 56. tit. 5. partit. 5.  
gloss. 11. & 12. num. 114. accedit Guttier. ubi proxime,  
num. 29. & notant D. Covarr. infra hoc cap. num. 14.  
vers. Næ enim dubium, & est magis recepta.

68 Respondendum tamen est, rationem prædictam de-  
fendi posse, secundum opinionem contrariant, que do-  
cet, minorem in pretio laesum, si restituatur, posse rem  
avocare præcisæ, neque admitti emptori ad pretium supple-  
mentum, prout senserunt Pinel. in ditt. l. 2. part. 1. cap. 2.  
num. 26. Menchaca controversial. usus frequent. lib. 3. cap. 66.  
Facchin. controversial. lib. 2. cap. 89. Sahagun. in reliet. de resti-  
tut. minor. Caldas supra. num. 14. §. Simoncel. de decret. in  
controvers. minor. interp. Morl. ditt. tit. 5. quæst. 1. num. 5. b.  
Unde & quod si restituatur, ut in causâ ditt. l. 2. part. 5. quæst. 151. num. 13. cum sequentib. Del. bene part. 2.  
cap. 19. dub. 53. num. 4. Richard. in §. Gallinarum; num.  
3. Inst. de ver. divis. Jul. Clat. in prax. §. farrum; num.  
46. Navarr. in cap. ultim. 14. quæst. 6. Molin. de just. &  
jur. tom. 3. disp. 685. num. 3. quod limita ex l. 16. tit. 11.  
lib. 5. Recopilar. Sed ibi non est infamia. Cum enim fa-  
ma hominis plurimi sit habenda, quam viræ honesti  
virti præferunt, l. ifi quidem, 8. §. penal. ff. quod met.  
cas. l. 2. §. iniitum fuisse, ff. de origin. jur. Cyriac. tom. 1.  
controvers. 104. num. 10. Bobadill. tom. 2. lib. 5. cap. 2.  
numero 39. Carleval. de judic. tom. 2. tit. 2. disp. 3. na-  
mero 4. ubi alii. Menoch. conf. 94. in princip. & de arbit-  
r. lib. 2. cap. 377. numer. 19. Durum nimis est, ut pro  
re minimis estimationis fortis actio concedatur, qua dam-  
nus affectui infamia, l. 1. l. furti, 6. ff. de iis qui not. inf.  
Farinac. in prax. crimin. tit. de furt. quæst. 167. à num. 10.  
Molin. de just. tom. 3. tract. 4. disp. 9. num. 13. vers. Licet.  
Didac. Quanterea in question. crimin. cap. 8. de furt. num. 9.  
vers. Ulcerius pena latronum.

69 Ad hæc, cum de peccata infligenda disputetur, in be-  
nigniore partem dehinc propendere, Tiraquell. in l.  
se unquam, verbo, Revertatur, num. 246. Tom. de Tho-  
mas. in florib. leg. reg. 158. Aug. Barbos. supr. axiom. 181.  
num. 12. Ricci. in ditt. praxi, resol. 303. numer. 2. Quo-  
diam peccata sunt restringenda, quam ampliandæ; 79  
l. interpretatione 42. ff. de pœn. Jalon in l. transfigere, num.  
9. C. de translat. Alciat. de presumpt. reg. 3. presumpt. 6.  
Thomaf. supr. reg. 227. Surd. de aliment. tit. 1. q. 51.  
num. 12. Barbos. num. 9.

70 Neque refragantur jura, que pro se Theophilus, & 80  
sequaces inducent, non textus in ditt. §. Gallinarum,  
qui sanè alienus est à præsenti questione: nam ibi Ju-  
stinianus non agit de fortis actione; sed solum deci-  
dit, fortis reum fieri illatum avitum detentorem; &  
post

## Variar. Resolut. Lib. I. Cap. III.

Vers. Superest tamen.

Facit ad hanc solutionem vulgare axioma: De mini-  
mis non curat Prætor, l. si oleum 10. §. fin. ff. de dolo, Ja-  
son in l. sciendum, col. 3. ff. qui satisfat, cogant. Socin. in  
tractat. fallent, reg. 78. fall. 1. Cyriac. controversial. 454. num.  
8. Brun. à Sole in loc. communib. verb. Minima, Aug. Bar-  
bos. de axiomat. jur. usus frequent. axiom. 150. num. 1. Ultra  
quam duæ aliae se offert. Prima, in ditt. l. si proprieta-  
rius 22. ff. de dann. infest. iniquè agere proprietarium,  
vel ususfructuarum recusant solvere quod debet; nou-  
sic, qui contahens in minima hædit quantitate, nam licet  
tum est contrahentibus se invicem decipere; ditt. l. in  
causa, §. idem Pomponius, Hermosill. in ditt. l. 56. tit. 5. 72  
part. 3. gloss. 9. num. 30. quare ille de minimis tenetur,  
licet hic non teneatur. Secunda, nullum resultat incon-  
veniens, ex eo quod in ditt. l. si proprietarius, pro mini-  
mo damno agi possit, ut patet; ut ex restituzione mino-  
ris pro modica laesione, sequeretur illud absurdum ma-  
ximum, cuius suprà meminimus; nam ita minores, aliae-  
que persona, quibus hoc remedium competit, commer-  
cio privarentur, quod Consultus perpendiculariter optimè in ditt.  
§. non semper, quis enim contrahere cum minoribus vel-  
let, cum sciet pro uno numero, vel quadrante contrac-  
tum fore rescidendum? Præterea ex Jason, & Decio,  
quos refert, & sequitur Menochi, de presumpt. lib. 2. pres-  
23. num. 5. dici potest, minima attendi in illis, quæ à  
jure communi proveniunt, ut in causa ditt. l. si proprieta-  
rius: secus quæ jure speciali conceduntur, qualis est mi-  
norum restitutio. Respondet tandem, solum negari  
actionem famosam furti competere, non tamen in fac-  
tum, ut ablatum dominus recuperet, argumento l. non  
debet dari 12. in fine, ff. de dolo.

Ad Num. 12.

Hanc æquissimam sententiam, ut pro re minima 74  
actio furti non detur, amplectuntur Guttier. de delict.  
quæst. 151. num. 13. cum sequentib. Del. bene part. 2.  
cap. 19. dub. 53. num. 4. Richard. in §. Gallinarum; num.  
3. Inst. de ver. divis. Jul. Clat. in prax. §. farrum; num.  
46. Navarr. in cap. ultim. 14. quæst. 6. Molin. de just. &  
jur. tom. 3. disp. 685. num. 3. quod limita ex l. 16. tit. 11.  
lib. 5. Recopilar. Sed ibi non est infamia. Cum enim fa-  
ma hominis plurimi sit habenda, quam viræ honesti  
virti præferunt, l. ifi quidem, 8. §. penal. ff. quod met.  
cas. l. 2. §. iniitum fuisse, ff. de origin. jur. Cyriac. tom. 1.  
controvers. 104. num. 10. Bobadill. tom. 2. lib. 5. cap. 2.  
numero 39. Carleval. de judic. tom. 2. tit. 2. disp. 3. na-  
mero 4. ubi

## Addit. ad Covarruvias

81 aliquid est, furtum committi, & aliud, furti actionem dari; & quis uxori § 1. in fine, ff. de furt. sunt enim plures calami in quibus furtum sit, & actio furti denegatur, l. 1. ff. de act. rer. amot. l. servi, & filii 17. dict. l. si quis uxori, in princip. l. si libertus 91. ff. de furt.

Et licet satis controversia sit, an rei minimae furtum admittatur? teste Richardo ubi supra; adhuc supposito, furtum committi, tamen furti actionem dari infrauidum est, ad exemplum actionis de dolo; nam eti dolosus

82 vere sit, qui alium circumvenit, vel in re exigua, cum

83 dolus non in quantitate, sed in facti qualitate consistat;

l. dolus 10. C. de res. vend. Petr. Greg. lib. 37. synagmatis,

cap. 1. n. 6. Cyriac. tom. 1. controver. 160. n. 66. Hermos.

in l. 56. gloss. 12. n. 51. tit. 5. part. 5. Guttier. dict. quest. 151.

84 n. 12. vers. Hoc tamen. Tamen Praetor ea aequitate motus, quam pro oculis semper debet habere, l. quod si Ephesi 5.

85 §. fin. ff. de eo, quod cer. loco, famæ hominum confusus non permittit, illa famosa actione uti pro minimo damno, dict. l. si oleum, §. fin. cum l. sequenti. Sed neque probatur in d. §. Gallinarum, rei minimae furtum fieri, cum ibi non agatur de quantitate; sed de qualitate rei surreptæ, dubitabatur enim num gallinae, & an seres essent factæ naturæ? nec imperator inquit, unius gallinae, aut annis detentoreum furti reum fieri, sed plurali loquitione uitur, ibi: Et qui lucrandi animo, ea animalia deiinet, furtum committere intelligitur. Unde textus ille nullo modo favet adversariis, Molin, ubi supra dict. num. 3.

86 Non itidem obstat l. vulgaris, ff. de furt. pro cajus solutione notandum est, rationem dubitandi illius textus non fuisse, an pro modo tritici, seu modico vini actionem furti quis possit exercere? sed num qui partem aliquam rei surreptæ, teneat, pro tota, furti actione? quam licet non auferat, videtur, invito domino, contredicere; quia dum partem tollit, corpus totum contractat; quæstio hæc fuit Ulpiano proposta per exempla modi

tritici ex acervo, & modici vini ex dolio ablati, nam videbatur totius acervi, vel dolii furtum fuisse commissum; sed Consultus id infraicit in hæc verba: Sed verum

est in tantum eum actione furti teneri, quantum abstulerit. Quibus controversiam veterum Consulorum generaliter decidit, neque affirmavit, in exemplis ibi positis dari furti actionem, de quo non fuerat interrogatus, & quæ

87 quam verba aliud insinuant (quod negatur) non est illis standum, sed Legislatoris menti; argum. l. generaliter 6. in princ. C. de inst. & subst. cap. humana 11. 22. quest. 5. Jason. in l. juris gentium, §. aut. Praetor. n. 15. ff. de pact. Del. bene supra, tom. 2. cap. 16. dub. 37. n. 5. Gonçalez ad reg. 8. Cancelar. gloss. 48. n. 45. Barbol. axiom. 222. n. 1. Qui lo-

lam intendit dubium præcipuum definire, non de aliis statuere, quæ altiore indaginem exigebant, cum nullo jure expresse caveatur, pro rebus adeo exiguis furti actionem competere; & cum verba, quæ obstant, posita sint in relatione casus, & non in decisione, de illis non est curandum; Carleval. tom. 2. disp. 8. n. 33. Bernard. Diaz reg.

781. Guttier. practicar. lib. 3. quest. 17. num. 61.

Vers. Sed ut res.

88 Ecclesiæ enormous læse de jure communi restituionem usque ad triginta annos concedendam fore, cum D. Covarr. resolvunt communiter D D. Guttier. d. 9. 69. num. 18. Parlad. differ. 114. num. 4. Costa in d. §. & quid si tantum, part. 2. a num. 83. Caldas in d. l. si curatorem, verbo, Infra legitimum, num. 10. Morl. sup. d. tit. 5. in pralud. num. 16. in fine, Sforz. Odd. supr. qu. 19. n. 92. Beroi. cons. 177. num. 40. quamvis Garcia de expens. cap. 18. num. 37. hoc auxilium ad quadraginta annos extendat, & Suarez allegat. 21. num. 4. ad aliud quadriennum, præter elapsum, restringat.

Ad Num. 13.

89 De intellectu l. fin. tit. fin. p. 6. videndi sunt Greg. Lop. ibi Gloss. 8. Cevall. tom. 1. q. 36. num. 16. Guttier. d. num. 18. Herm. d. l. 56. gloss. 11. & 12. numer. 127.

Pinel. in d. l. 2. part. 2. cap. 1. num. 27. in fine, & quos isti allegant.

Ad Num. 14.

Quod dict. l. fin. etiam in secunda parte intelligenda sit de restitutione in integrum, & non de remedio d. l. 2. C. de rescindend. vend. verius videtur ex textus verbis: que ira tenet cum D. Covarr. Greg. Log. Guttier. Roder. Suar. & alii; quicquid alii non pauci sentiant; & in hismodi restitutione enormissima læsio erit, quæ dimidiam justi pretii egreditur, de quo supra, ad num. 11. vers. Secundo ex his etiam.

Vers. Nec enim ibi: Quamvis hec differentia.

Hanc doctrinam communem appellat Hermos. dict. 91 gloss. 11. & 12. num. 114. vers. in contrarium, ubi quæstionem movet, ac resolvit, de qua dictum est: ad num. 11. vers. Tertio hinc deducitur, num. 68.

Vers. His omnibus.

Certius videtur restitutionem fuisse ex justitia concessam, quia Ecclesia fuerat enormissime læsa, ut ostendimus supra. ad n. 10. fructus autem non repetit Monasterium, quia nec si intra quadriennum ageret, illos habaret, propter obsequium à vassallo acceptum. Nec refert, quod illi excellerint estimationem laboris servitii exhibiti: quoniam in dubio excessus talis non presumuntur; sed fructus creduntur correspondere labori; Escobar de ratione, cap. 16. num. 53. neque aliud fuit per Monasterium probatum, quod solum intendit, sibi villam restitui, quam, cum non expediret, necessitate cogente alienavit, sive in feudum concessit. Imo quamvis prætenderet partem frumenti sibi restitui, reliquo vassallo, quod æquum foret pro labore, non obtineret; nam feudatarius dum onera feudi sustinet, omnem ejus utilitatem meretur, neque fructus commensurantur obsequis, sed quoiqui nascentur, illi cedere debent pro fidilitate, subjectione, ac servitii exhibitis domino; quapropter in datione in feudum non est locus remedio l. 2. C. de res. vendit, nisi quando feudum conceditur ob pensionem in singulos annos solvendam, ut docent communiter DD. Barbos. in collect. ad eum textum num. 29. & 30. Hermos. in l. 56. gloss. 4. num. 15. Castrensi. in d. l. 2. num. 13. Bald. num. 7. Salicet. num. 10. Cagnol num. 207. Padill. num. 29. Pinel. part. 1. cap. 3. num. 2. Rebuff. in tract. de res. vendit. contral. §. unic. gloss. 15. n. 11. Ant. Gabr. libr. 3. de tit. empt. conclus. 1. num. 74. Matieu. in l. 1. gloss. 8. num. 7. tit. 11. lib. 5. Recop. Fachin. controversial. lib. 2. cap. 22. vers. Nec huius sententia. Quo casu propriæ feudum non est, sed transit in emphyteusim, vel contractum innominatum. Greg. Lop. in l. 1. tit. 26. part. 4. gloss. 2. Bald. in l. liberti, col. fin. C. de oper. liber. Marescot. variar. libr. 1. cap. 63. num. 5. & 6. Ex quibus junctis, quæ diximus supra, ad num. 10. deducitur, Monasterium in dict. cap. ad nosram, non potuisse structus: aut partein eorum petere, licet ex justitia fuerit restitutum.

Ad Num. 15.

In restituione justitia fructus venire; secus in illa, quæ gratiosè conceditur, omnes fere concordes sentiunt interpres; Cevall. dict. quest. 536. num. 19. Anton. Gom. 3. tom. variar. cap. 13. num. 38. in fine, Noguer. alleg. 8. num. 37. cum sequentibus, Guttier. dict. quest. 69. Cyriac. dict. tom. 2. controver. 321. num. 77. & 78. Odd. ubi supra, quest. 45. artic. 2. sub num. 13. & quest. 99. artic. 14. num. 123. 131. Lara in l. si quis à liberis, §. sed urum, a numer. 9. ff. de agnosc. liber. Farinac. in prax. quest. 6. numero 44. Carol. de Tapia in rubric. de constitut. Princip. cap. 3. num. 29. & 38. Ponte decis. 25. num. 9. 10. Pergrin. de jur. Fisc. lib. 5. tit. 2. num. 61. Tiraquel. in l. si unquam, verbo, Revertatur, num. 276. C. de revoc. donat. Greg. Lop. in l. 1. gloss. 5. tit. 32. p. 7. Boër. decis. 98. n. 5. eam tamen distinctionem impugnat latè Molin. de iust. & jur. tom. 2. disp. 575. ex num. 4.

## Variar. Resolut. Lib. I. Cap. IV.

### AD CAPUT IV.

Coram quo Judice sit in integrum restitutio petenda.

S U M M A R I U M.

1 Restitutio in integrum petenda est coram Judice ejus, adversus quem postulatur.

2 Restitutio incidenter postulata petenda est à Judice cause principalis.

3 Judex loci contractus est competens ad concedendum in integrum restitutioem circa illum.

4 Judex loci rei sit, an sit competens ad restituendum in integrum, quando actione reali restitutus actuus est?

5 Qui est Judex causa preparata, cognoscere de causa preparante potest.

6 Judex loci rei sita competens est, quoties de ea vindicanda reclamat.

7 Ecclesiæ perens restitutioem contra laicum, ipsius Judicem debet audire.

8 Bona patrimonialia Clericorum gaudere negatur privilegiis rerum Ecclesiasticarum: Contra. num. 4.

9 Clericus postulans in integrum restitutioem contra laicum, coram seculari Judice comparet.

10 Fallit, si contraria vigeat consuetudo.

11 Vt si negligens sit judex laicus.

12 Ecclesiæ & Clerici pro rebus Ecclesiasticis gaudent privilegio l. unicæ. C. quando Imper. inter: sed non pro bonis patrimonialibus ipsorum.

13 In Hispania verius est, ne Clerici laicos ad tribunalia Ecclesiastica trabant, & se observantur.

14 Bona patrimonialia Clericorum obinere privilegia rerum Ecclesiasticarum, qui docent.

15 Fundamentum praefata sententia refertur.

16 Bona patrimonialia Clericorum sunt sub speciali Dei dominio.

17 Patrimonium, ad cuius titulum qui sacris initiatur, non est privilegium, ut bona Ecclesiastica.

18 Contrarium verius esse probatur.

19 Patrimonium, ad cuius titulum aliquis Ordinibus insiguitur alienari non potest, nisi Clericus sufficiens beneficium obtineat.

20 Subrogatum sortitur naturam ejus, cuius loco subrogatur.

21 Cessante causa, cessat effectus.

22 Virum desideretur circa ad restitutioem juramenti qui disponant.

23 Ad relaxandum juramentum, similque rescindendum contractum, citatio precequiritur.

24 Ad relaxutioem juramenti solum ad effectum agendi, non desideratur citatio; de quo infra num. 37.

25 Relaxatio an sit concedenda illi, qui in perjurium jam incedit remissire.

26 A quo Judice petenda est relaxatio juramenti ad effectum agendi qui tractant.

27 Dupliciter quis liberari potest à vinculo juramenti ad effectum agendi, & quomodo.

28 Per juramenta in contractibus additur forus foro.

29 Factum Judicis, censor factum partis.

30 A quibus Judicibus concedi possit, relaxatio ad effectum agendi, latè explicatur.

31 Solus Judex, qui de contractu jurato habet cognitionem, potest concedere relaxatioem, per quam ipse contractus irritus fiat.

32 Potestas relaxandi juramenta ad effectum agendi est pœnas Ecclesiasticum Ordinarium.

33 Legatus de latere est Ordinarius in tota provincia, cui missus est.

34 Nunquam Apostolicus, qui in Hispania residet, relaxat juramenta ad effectum agendi, & sine citatione; secus Ordinarius, qui de consuetudine citat.

Faria ad Covarruviam.

35 Ad obtinendam relaxationem ad effectum agendi, probanda est causa legitima, saltem semiplene.

36 Potest in eodem libello peti integrum restitutio. & simul proponi actio, quæ illa concessa, est cœtiatura.

37 Magis communis sententia docet, non desiderari citationem ad relaxandum juramentum ad effectum agendi, de quo supra num. 24.

38 Data absolutione ad effectum agendi, juramenti vinculum permanet quoad cetera.

39 Non eget nova absolutione, qui eam obiunxit ad effectum agendi, si contractus rescindatur.

40 In obligationibus conceptis in forma Camera Apostolica non datur relaxatio ad agendum.

41 Relaxatio juramentum ad effectum excipendi, sed non reconveniendi.

42 Obirent absolutione ad effectum agendi in casu authentis Sacra menta puberum, minor debet petere restitutio nem, ut contravalidum contractum.

43 An enormiter lesus in contractu jurato possit agere, non obirent relaxatione juramenti:

44 Prost. si constet de lajone, alias non.

45 Jurans actum meta compulsum agere sine relaxatione non potest; sed contra observatur.

46 Judex causa preparantis est competens quoad causam preparatam.

47 Judex Ecclesiasticus, qui relaxat juramentum ad agendum, an possit de contractu cognoscere?

48 Judex Ecclesiasticus cognoscit inter laicos ratione juramenti adhibiti in contractu.

49 Judex contractus est judex distractus.

50 Laici conveniri possunt apud Ecclesiasticum indicem pro violentia Ecclesiasticis, vel eorum rebus illata.

R Estitutionem in integrum postulari debere coram Judice ejus, contra quem intentatur, docent Ant. Sab. in suo Cod. sub. tit. ubi, & apud quem: defin. 1. & defin. 3. numer. 6. Oddus, de in integr. rest. quest. 15. num. 39. & quest. 32. num. 108. Surd. conf. 266. num. 9. Cyriac. tom. 2. controver. 380. num. 56. Carleval. de judic. tom. 1. disp. 2. numer. 192. Rodig. de ann. reddit. lib. 1. quest. 18. num. 5. Guttier. canon. question. lib. 1. cap. 34. num. 8. Molin. de iust. & jur. tom. 2. disp. 575. num. 23. Tondut. de prevent. judic. 1. part. cap. 18. num. 9. cum sequentibus. Bernard. Diaz reg. 219. vers. Secundo fallit. Marant. de ordin. judic. p. 6. §. & quandoque appellatur; num. 118. vers. ult. Mauric. de in integr. restit. cap. 31. Morta in empor. part. 1. tit. 5. in prelud. num. 11. vers. Quarta, & ultim. Rebuff. ad leg. Gall. tom. 2. tit. de restit. in prefat. num. 18.

Quod verum est, cum restitutio petitur